# NOS PHILIPPVS DEI

Gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Hunoariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galeticæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum canariæ, Ac non Indiarum Orientalium, et occidentalium, Insularum, et terræ firmæ Maris Occeani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, et Neopatriæ, Comes Abspurgij, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, et Ceritaniæ, Marchio Oristani et Comes Goceani / Benemeritorum virorum nostrorq; seruitio immortuorum memoriam quanti faciamus, nullo argumento euidentius, commodius q; declarari posse arbitramur, quam si beneuolentiæ qua antea ipsos prosequuti fueramus, apud liberos eorundem, fructum aliquem residere patiamur / Quo fit, vt cum fidelis nobis dilectus Capitaneus Martinus Lopez de Ayuar, post varia multaq; et assidua apud Galliam Belgicam in diuersis belli expeditionibus obsequia, per quadraginta annorum spatium nobis laudabiliter præstita, tandem in ora maritima Africæ vbi Jussu ac ordine nostris se contulerat, cum mauris fortiter dimicando e viuis abierit, Et Vincentia Lopez de Ayuar filia sua cum re familiari admodum tenui post se relicta, jure paternorum meritorum intuitu, quo inopiæ tuæ consuleris, Ducentos annuos ducatos, ex illis octingentis quibus dictus pater tuus dum viueret, nostra Regia concessione fruebatur super nostra Bajulia Generali valentiæ, inte extendendos et ampliandos censuimus. Tenore igitur presentis de nostra certa Scientia Regia q; auctoritate deliberate et consulto tibi dictæ Vincentiæ Lopez de Ayuar dictos ducentos ducatos annuos seu eorum verum et Justum valorem ad ie vigesi nona January prœs anni prœte vel tuum Legitimum procuratorem (nostra mera et libera voluntate durante) habenda, percipienda, exhigenda, et recuperanda, ex et de quibusuis pecuniis redditibus, introitibus, Juribus, et emolumentis dictæ nræ Bajuliæ Generalis valentiæ, damus, donamus, concedimus, assignamus, et liberaliter elargimur, Ita quod annis singulis, dicta Vincentia Lopez de Ayuar (dicta nostra mera et libera voluntate durante) habeas, percipias et consequaris, tuisq; vsibus, et vtilitatibus applices dictos ducentos ducatos, ex et de quibusuis pecuniis redditibus, Juribus, introitibus, et emolumentis dictæ nræ Bajuliæ Generalis valentiæ, in tribus anni terminis siue solutionibus de quadrimestri in quadrimestre, integre et absq; aliqua diminutione Juris vel facti / Hanc itaq; assignationem, et consignationem facimus tibi dictæ Vincentiæ Lopez de Ayuar, sicut melius, et plenius dici potest et intelligi ad tuum sanum, sincerum, et meliorem intellectum / Volentes, et expresse decernentes, quod presens nostra assignatio et consignatio, sit et esse debeat tibi dictæ Vincentiæ Lopez de Ayuar (dicta nostra mera et libera voluntate durante) stabilis, realis, valida, atq; firma, nullumq; in Judicio aut extra sentiat diminutionis objectum defectus incommodum, aut noxæ cujuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore, et firmitate persistat / Qua propter Mag.co receptori dictæ nræ Bajuliæ Generalis valentiæ, qui nunc est et pro tempore fuerit, dicimus præcipimus, et Jubemus, quatenus de prædictis Juribus, introitibus, redditibus, et emolumentis ad ejus manus peruenturis aut peruenturis, det realiter, et cum effectu soluat omni exceptione remota tibi dictæ Vincentiæ Lopez de Ayuar, aut tuo Legitimo procuratori (dicta nostra mera et libera voluntate durante) dictos ducentos ducatos seu eorum verum et Justum valorem annis singulis terminis et solutionibus præcontentis, recuperaturus singulis solutionibus apochas opportunas de soluto, et satisfacto, in quarum prima tenor hujusmodi omnino inseratur, in reliquis vero tantummodo illius mentio fiat spetialis sui rationij tempore producendas et per Magistrum Rationalem Cuiusc nræ in dicto Regno seu alium ad eo computa auditurum admittendas, prout de serie cum presenti admitti mandamus, dubio, difficultate, consulta, sinistra interpretatione, et alijs impedimentis cessantibus quibuscunq; / Volumus autem, et expresse Jubemus q; ob aliquam seu aliquas dictæ Consignationis cessatas solutiones, non possis tu dicta Vincentia Lopez de Ayuar, procuratores heredes, aut successores tui quicunq; pœna gratiarum aut aliud impedimentum in celebratione curiarum seu parlamentorum generalium vel particularium, quod earum impediat, vel quomodolibet retardet, et casu quo apponatur, volumus q; per Judices grauaminum seu liquidatores omnino repellatur, prout de nos tali casu nunc pro tunc illud repellimus, et pro repulso haberi volumus / Quodq; pns nostra consignatio, tam respectu preteritarum q; futurarum pensionum, omnibus viribus careat et effectu, ac si per nos concessa non fuisset / In cujus rei testimonium presentem fieri Jussimus nostro Regio comuni sigillo pendenti munitam / Datæ in loco de Torrejsilas die Secunda mensis Martij anno a natiuitate domini millesimo Sexcentesimo quinto, Regnorum autem omnium nostrorum octauo /

Yo el Rey

Dominus Rex man.t mi. Dominico Ortiz
Vidit Couart ac. vic. m. Ferrogio thes. gnal.
de Isla, Sabater, Monter Baratorer
Dalmau Reg. canc. et Franq. Con. m. ff.

V.t Couart ac.s vic.
V.t Ferrogio thes.
V.t don Jos Sabater ix

V.t don Jos Banyalbf
tomada razon el cont.r gnal
xanguesa

In Diuersorum Vol. viij
fol. lxxxviij

V.t don mos de Gualbes
V.t Monter Rx
Vidit Phi. Tallada Rx
V.t xanguesa cont.r gnal

D. M.d hazemt para durante su Real voluntad a Vicencia lopez de Aybar
de Ducientos ducados de los ochocientos de renta que tenia su padre sobre la
Baylia General de Valencia

Consultado

De Vicente lopez
de Aguar Flamenca

1823